Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



intimet. Una enim imago esse non potest diuersarum naturarum. Si quia imago ipsa dei quae fiebat non equalis erat facienti tamquam ab illo nata. idcirco ipsa tota imago esse ut ad imaginem fit. i. non equat paritate. sed quadam similitudine accedit. Non autem secundum formam corporis homo factus est ad imaginem dei. sed secundum rationalem mentem. Unde apls. induite autem nouum hominem qui renouatur in agnitione dei. secundum imaginem eius qui creauit eum. et iterum. renouamini spiritu mentis uestre. Si igitur spiritu mentis nostre renouamur. et ipse nouus homo est. qui renouatur in agnitione dei. secundum imaginem eius qui creauit eum. nulli dubium est non secundum corpus neque secundum quam libet partem animi sed secundum rationalem mentem. Ut potest esse agnitio dei hominem factum esse ad imaginem eius qui creauit eum. Quis est igitur qui abhoc essortio feminas alienat. cum sit nobiscum gratie coheredes. et apls dicat. quicumque baptizati estis in xpo xpm indumini. non est iudeus neque greecus. non est seruus neque liber. non est masculus neque femina. omnes enim uos unum estis in xpo ihu. Huiusmodi nam igitur femine fideles secum corporis amiserunt. Si quia ibi renouantur ad imaginem dei ut sexus nullus est. ibi factus, et homo ad imaginem dei ut sexus nullus est. hoc est in spiritu mentis sue. Cur igitur uir, ppter ea non debet caput uelare qua imago dei et gloria est. mulier autem debet quia gloria uiri est. qui si mulier in spiritu mentis sue non renouetur in agnitione dei. secundum imaginem eius qui creauit eum. Si quia secum corporis distat a uiro. rite potuit in eius corporali uelamento figurari pars illa rationis. quae ad temporalia gubernanda deflectitur. ut non maneat imago dei. nisi exquisita parte mentis hominis etiamsi rationibus inspiciendis ut insulendis adhereat. quam non solum masculos sed etiam feminas habere manifestum est. Ergo in ex. mtrib communis natura cognoscitur. in ex. ut corporibus ipsius

Aunt mtis distributio figurat. .xiii.

Ascendentibus itaq; introrsus quibusdam gradibus considerationis animae partes. unde incipit aliquid occurrere. quod non sit nobis comune cum bestiis. inde incipit ratio. ut iam homo intror-